

conspicioendo vident etiam illud videre  
comiciendo. quoniam nondum posunt facie  
ad faciem. Non enim ait ap[osto]ls videmus  
nunc speculum. sed videmus nunc per speculum.

## Capitulum xxiiij

**Q**ui ergo vident suaz mente quo modo videri potest. et in ea trinitate istam de qua multis modis ut potui disputauim. nec tamē eā credunt vel intelligunt esse imagines dei. speculum quidē vident. sed usque a deo non vident per speculum. eū qui est per speculum nunc videntur. ut nec ipsum speculum quod vident sciant esse speculum. id est imaginē. quod si scirent fortassis et eū cunus est hoc speculum. per hoc querendum. et per hoc interim videndum esse sentirent. fide non facta corda mundante ut facie ad faciem possit videri. qui per speculum nunc videntur. Quia fide cordium mundatrice contempta. quid agut intelligendo que de natura mentis humane subtilissime disputantur. nisi ut ipsa quoque intelligentia sua teste damnentur? In qua utique non laborarent. et vir ad certū aliquid puenirent. nisi per talibus tenebris involuti et onorati corpore corruptibili quod aggrauat animā. Quo tandem merito inficto malo isto nisi peccati? Unde tanti mali magnitudine amoniti. sequi deberent agnum qui tollit peccata mundi.

## Capitulum xxv

**A**d eū namque pertinētes etiā longe istis ingēmo tardiores. quādo fine huius vite resoluuntur a corpore. vis in eis retinendis non habent iude potestates. Quas ille agnus sine ulla ab eis peccati debito occisus non potentia potestatis priusquam iusticia sanguinis vicit. Prinde liberi a diaboli potestate suscipiuntur ab angelis sanctis. a malis omnibus liberati. per mediatorē dei et hominū. hominem ihesū christū. quoniam consonantib[us] diuinis scri

pturis. et veterib[us] et nouis. et per quas prenunciatus. et per quas annūciatus est christus. non est aliud nomen sub celo in quo oportet homines saluos fieri. Constituuntur autem purgati ab omni contagione corruptionis. in placidis seibus. donec recipiant corpora sua. sed iam incorruptibilia que ornent non ostinent. hoc enim placuit optimo et sapientissimo creatori ut spiritus hominis deo pie subditus. habeat feliciter subditū corpus. et sine fine permaneat ipsa felicitas. Ibi veritatem sine ulla difficultate videbimus. ea mea clarissima et certissima perfruemur. Nec aliquid queremus mente raciocinantes. se contemplantes cernemus quod non sit filius spiritus sanctus. cū de patre procedat. In illa lumine. nulla erit questio. hic vero ipsa experientia tamen michi apparuit esse difficilis. quod et illis qui hec diligenter atque intellegenter legent. procul dubio similiter apparebit. ut cum me in secundo huius operis libro alio loco dicturū esse promiserum. quociescunque in ea creatura que nos sumus aliquid illi rei simile ostendere nolui. qualemque eloquiu[m] meū sufficiens eloquio sequita non fuerit. quāvis ipso intellectu conatū me senserum magis habuisse quam effectū. et in una quidem persona quod est homo invenisse imagines summe illius trinitatis. et in re mutabili tria illa ut facilius intelligi possent. etiā per temporalia interualla marime in libro. ix. monstrare voluisse. Sed materia unius persone non si humana possit intentio. tribus illis personis conuentre potuerunt. sicut in hoc libro quintodecimo demonstrauimus.

## Capitulum xxvi

**O**nde in illa summa trinitate quod deus est interualla temporū nulla sūt. per que possit ostendi aut saltem requiri. utrum prius de patre natus sit filius. et postea de ambobus processerit spiritus sanctus. quoniam scriptura sancta